



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvum Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

48 Papa solus, non autem praelatus regulari concedere valet, vt quid irreuocabiliter ad vsus suos teneat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**



ad profitemdum; ad aliud Monasterium eiusdem ordinis veniens, ubi a superiori recipitur, & nulla facta expressa professione ab eodem ad ordines suscipiendos mittitur, & quasi professus ab omnibus tractatur, & ad actus professorum proprios admittitur non censetur propterea tacite professus ex Panor. in c. vidua. de reg. eo quod nunquam complevit annum probationis, qui debet esse continuus, & cum intentione probationis faciendae, ita Conc. Trid. sess. 25. c. 15. de Regul. nec per ordinationem ad titulum Religionis, aut per habitus gestationem multorum annorum tacitam professionem fecisse censetur, nisi scilicet professum non esse postea gestatione habitus professionem ratificet, & se obligare intendat.

DECISIO XLIV.

Ex consil. 38. alias 4. de divortijs.

44 **Q**uamvis vxor sepius adulterata, & damnata adulterij per iudicem secularem, & in pœnam eius, intra Monasterium inclusa redire debeat ad maritum cum recipere volentem intra biennium; Auct. sed hodie. C. ad leg. sul. de adult. separata tamen a viro per sententiam iudicis ecclesiastici, nec vxor ad maritum, nec e contrario maritus ad vxorem, redire tenetur: ex Gl. in c. Agathosa. 27 q. 2. & c. literas, §. si. de restit. spol. maxime si vel ipsa mariti seuitiam, aut maritus vxoris insidias metuat.

DECISIO XLV.

Ex consil. 36. alias 18.

45 **P**rofessio in alio quo ordine Mendicantium intra nouitiatus annum, licet etiam ante Concilium Trid. nulla fuerit, c. non solum. & c. constitutionem. de reg. in 6 & c. 1. §. pen. de relig. dom. in 6 ad religionem tamen in genere, id est, ad faciendum se religiosum in aliqua religione approbata, si receptores inueniret, obligabat. Gl. & Archid. in d. c. non solum Ang. ver. religiosus. §. 14. & Syl. ver. rel. g. 3. quæst. 5. Sic autem religiosus factus in genere, quamvis matrimonium postea contrahendo peccet, matrimonium tamen valet; sed mortua vxore, religionem aliquam intrare tenetur.

DECISIO XLVI.

40. 12.  
Ex consil. 41. [alias] 41.  
32. 33.

46 **P**er habitus delationem nõ fit professio tacita, nisi tria concurrant; quorum vnum est, quod sit indistinctus ab habitu professorum c. 1. §. qui vero. de regul. in 6. Secundum est, quod deserat eum in monasterio, & congregatione, c. eos. de reg. & Host. in c. vt cleric. de reg. Frac. in §. fin. c. 1. de reg. in 6. (& habitum religionis etiam extra monasterium deserens de licentia, obedientia, vel mandato superioris, censetur illum intra monasterium deserere. ex Pan. in c. ex rescr. de iureiur.) Tertium est, illum intra monasterium per annum continuum deserat, adeo vt quamvis deserat quatuor menses continuos, si postea exiret, & iterum teneretur, & octo, vel plures menses deseret, & vicissim exiret ante annum continuum completum, non censetur professus. c. 1. de reg. in 6. Arch. d. & Fran. bi. Vnde milites Hierosolymitani, & alij cruciferi qui in armata militum exercet, intra monasterium religionis habitum legitime suscipiunt, postea ex licentia, & mandato superioris bellando, vel negotia religionis, aut monasterium intrando, annum probationis extra monasterium finituro: cum regularis, vbicunque sub obedientia manet, in monasterio manere censetur. Pan. vbi sup. nu. 5. & Syl. ver. religio. 3. q. 19. Nec minus religionis austeritates extra manendo, quã intra experitur, cum sepius grauius sit extra monasterium, quam intra degere. Quamvis iure alio necessarium non est, vt nouitius probet, & experiat omnes austeritates monasterij in indiuiduo, vel in specie, sed satis est quod eas in genere experiat per vnum totum annum degendo sub obedientia prelati, adeo vt qui statim post ingressum, & habitum susceptum agrotare inciperet, & eger. per quatuor, sex, vel decem menses

intra monasterium sub obedientia maneret, recte in fine anni profitemi possit.

DECISIO XLVII.

Ex consil. 42. [alias] 32.  
45. 33.

47 **A**nus nouitiatus ita necessario debet esse continuus, vt si aliqua parte anni, etiam per solos tres dies foris maneat, annus probationis interruptitur, nec conliguntur partes illæ interrupte, sed incipere debet ex integro a principio partis posterioris. Pan. in c. ad apostolicam, de reg. & Fran. in c. 1. de reg. in 6. Nouitiatum tamen non interruptit iuratio in monasterio aliquo tempore, etiam animo non profitemdi.

DECISIO XLVIII.

Ex consil. 47. alias 15. de statu monach.

48 **A**bbas, aut alius prelati regularis legē sibi ponere non potest, a qua recedere nequeat, aut monacho concedere, vt pecunias apud se retineat, & expendat pro arbitrio suo, ita vt superior id ei prohibere non possit, neque eas illi auferre, vel aliquam partem earum ad eas impendendas in alios vsus quam ipse veller, c. cum ad monasterium. §. ali. & §. si. de statu monach. cū hoc esset monachum suum proprietarium facere sed solus Papa prelatam licentiam concedere potest, ita quod illas in vsus pios & honestos sine vlla alia suorum prelatorum licentia impendere possit, & quod illa em pium vsum impediunt non possint, c. nisi esset viri, de preben. & Pan. ibi.

DECISIO XLIX.

Ex consil. 2. alias 9. de censib.

49 **G**eneralis ordinis Minorum de obedientia, virtute confirmationis priuilegiorum eiusdem ordinis a Greg. XIII. quatenus non sunt Concilio Tridentino contraria, quibus id expresse dem conceditur, non obstante iure communi aut bulla Pij V. de hac re quæ incipit, de cor. edita 1769. moniales sibi subditas, de vno ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ foundationis, sine aliqua episcopi approbatione, transire, & mutare potest. Quamvis enim iure communi, cap. 1. de statu reg. in 6. statutum sit, ne monacha monasterium egredi possit, nisi in grauis infirmitatis periculo, ita vt non possit cuna alijs sine scandalo commorari, & lex vniuersalis vniuersaliter intelligenda sit; h. de preio. ff. de publ. in rem act. fallit tamen quando inuenitur alia lex, quæ illam limitat: vnde cum in Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de reg. & in Bulla Pij V. alij casus excipiuntur, & casus aliqui a regula generali ob æquitatem exceptus, ea dem suadente ad alios extenditur: iuste poterit super Moniales ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ foundationis mutare; cum tam Pij V. Bulla, quam Concilium Tridentinum, & ius commune, solum exitum Monialium sine iusta & legitima causa prohibeant, nihilq; obstant, aut reseruatio Pij V. cum ille successoris sui inuouans postea ordinis privilegia, auctoritatem tollere nequeat; quia par in parem nõ habet imperium, c. in nouit. de electio. aut Concil. Trident. decretum, quod episcopi saltem approbationem in huiusmodi translatione requirit. Quia solum de Monialibus eidem episcopo subiectis, vel de ita exemptis, quod solij Papa immediate subsunt. Non autem de alijs exemptis, quæ alijs aliorum ordinum prelati subsunt, intelligitur.

DECISIO L.

Ex consil. 49. alias 61.

50 **Q**uamvis ius presentandi ad Abbatiam & ad aliud quodcunque beneficium ex Papa priuilegio licet conuenire potest, vt ait Gl. in c. p. sum. 16 q. 7 & in c. imperium d. 16. quia tamen idoneos tantum presentare tenetur, alioquin non valet presentatio; c. monasterium. 16. q. 7 & c. cum vos de offic. ord. vniuersalis ordinis regularem aut Abbatem, ad alterius ordinis regularem, aut Abbatem, ad alterius ordinis beneficium, aut Abbatem, presentare non valet, eo quod vniuersalis ordinis religiosus ad beneficia alterius inhabilis est, c. cum singula. §. si. de preben. in 6.